

I. N. 3.
REGULÆ APOSTOLICÆ

ex aureæ ad Rom. Epistolæ Cap. XIII.

De

DEBITO CHRI-
STIANORUM ERGA MAGI-
STRATUM , PROXIMUM,
ET SEMETIPSOS,

Cum

ANNOTATIS ANTI-GROTIANIS,

QVAS,

PRÆSIDE

VIRO

Summè-Reverendò, Magnifico atq; Excellentissimò

DN. ABRAHAMO CALOVIO,

Doct. & Prof. Theol. Primario, Eccl. VVitteb. Pastore
atq; Circuli Elect. Saxon. Superintendente Generali vigilantissimò,

Consistorii Ecclesiastici Adsessore Gravissimo,

Dominò, Patronò ac Promotore summò semper colendo opere ac suspiciendo,

RESPONDENS

M. CHRISTIANUS Brockmäyer/ Torgens.

Vocatus Belgra. Ecclesiæ Past. or Substitutus,

Publicæ dugvisitioni,

H.L.Q.O. ad D. XIX. Decembr. A.O.R. d. 10cLXXII.

instituenda, exhibebit.

WITTEBERGÆ,

Literis MICHAELIS MEYERI,



*Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis atq; Pru-
dentissimis*

Patriæ Patribus Conscriptis,

DOMINIS

Consulibus, Præto-

*ribus, Ædilibus, Camerariis, & reliquis
in inclytâ Torgaviâ Senatorii Or-
dinis,*

VIRIS GRAVISSIMIS,

*Dominis, Mecænatibus atq; Evergetis jugi obseruantia
cultu devenerandis,*


Disputationem hanc Theologicam

*Pietatis & Gratitudinis
symbolum esse,*

ut debuit, ita voluit

RESPONDENS

M. Christianus Brockmäyer /
Torgensis.



I. N. J.

ANNOTATA ANTI GROTIANA
IN DIVINAM AD ROMANOS
EPISTOLAM.

DISPUTATIO
PUBLICA
RESPONDENTE
M. CHRISTIANO
Brockmayern /
TORGENSE.

SUBSECTIO II.

REGULAS SPECIALES
COMPLECTENS

CAPUT XIII.

ARGUMENTUM & PARTITIO.

Agitur h̄ic de obedientiâ Magistrorum. *Argumentum.*
stratui præstandâ cea divinæ ordinationi non ob pœnam tantum, sed etiam ob conscientiam, & tributo ob protectionem eidem solvendo: nec non de debito tūm civili, tūm spirituali, quod est dilectio, in quâ legis impletio consistit, reddendo, ut & de operibus tenebrarum deponendis, & armis lucis induendis, ac tempus gratiæ decenti ambulatione instituendâ.

Tribus ergo absolvitur caput præsens exhortationibus: Prima est de debito nostro q̄oad Magistratum, qvâ subjectionem & tributi pensionem usq̄ue ad vers. 6. incl. Secunda de debito tūm civili tūm spirituali, qvād proximum ad v. 10. Tertia de debito cuiusq; decenti vestitus & actionis in die gratiæ lucis, qvād semetipsum ritè in pietate gubernandum: usq̄ue ad v. 14.

A

PARS

20.
ANNOTATA ANTI-GROTIANA

PARS I. Debitum erga Magistratum.

Πᾶσα ψυχὴ ἐξστὰς τοερέχσταις τοστασίων.

Absoluto usū legis ritualis & ad mores pertinentis, venit ad illam partem, quae ad imperium publicum societatemq; civilem pertinet: ostenditq; in hāc parte Mosis leges non aboleri à Christianis, ut qui, in Iudea si viverent, illis legibus parendum haberent, sed æquari cum aliarum gentium legibus DEO non repugnantibus. Nec obstat, quod Mosis lex à DEO esset lata, cum & quæ extra Iudeam sunt imperia eorūq; autoritas à DEO haberet originem. Simil præcidit difficultatem multorum in Iudea, qui ideo quod dictum sit Devt: XVII. 15. regem legendam à fratribus, id est, popularibus, inferebant externis nullam deberi obedientiam, tacite innuens illam legem valuisse, cum sibi juris esset populus Hebraicus; postquam verò DEI iudicio sub Romanorum imperium devenerat, illis quoq; non minus quam regi Iudeo, aut Judæorum Synedrio parendum, sicut Nabucho. donosori pareri præcepit Jeremias, sicut Prophetæ Chaldaeis & Persis paruerunt. Erat autem hæc admonitio eō magis necessaria, quod suprà à lege Mosis liberos dixerat Christianos, unde incautus aliquis inferre potuerat, neq; legem Mosis politicam Hebreis, neq; alias leges civiles Christianis ullam injicere parendi necessitatem: quod contra se habere ostendit ex imperiorum origine & usu. Πᾶσα ψυχὴ. Etiam Prophetæ & Episcopi. Nam & Prophetæ & summi Sacerdotes veteris fœderis sub Regum ac Synedrii potestate fuerant. ἐξστὰ respondet Hebraeo לְמִשְׁׁבָּת & Chaldeo יְמִלָּה per quæ significatur imperium. Additur autem τοερέχσταις, ut intelligantur principes regesque & quocunq; alio nomine sunt ructores status publici, ut Seneca loquitur de Clementia libro IV. quorum constituta potestate simul constituta potestas est eoram, qui sub illis regunt populos, nimisq; pro mandata ipsis parte, ut hoc explicat Petrus 1. II. 13. 14. ubi similiter est βασιλεῖσθαι τοερέχοισι. Τηνοτασίων, id est, pareat in omnibus, quæ contra DEmum non sunt. Estenim Niphah pro Hirpahel: quod



104

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

quod in verbo ταύτης & inde compositis frequentissimum esse,
alibi ostendimus. S. DEI præcepta servantibus ob hoc ipsum
malum inferatur, non resitant, sed patienter id sustineant.

Qvod primum ad distinctionem *ritualis* & *forensis* *legis*, diximus de eâ *ad c. XII. initium*. Nihil isto capite habetur, quod ad legem *ritualem* seu explicandam seu perficiendam seu abrogandam spectet. Primo scilicet memore ad *sacrificia* alluditur, finisque eorum isq; secundarius exhibitur. Qvod porrò secundò hoc præfens caput attinet, de *legibus Judaicæ Republicæ propriis* nihil in eodem reperitur. Obedientia & subiectio erga *Magistratum* ad legem *moralēm*, non *forensem* pertinet: *Juris est naturalis omnibus communis*, non vero *juris Ebraeorum proprii*. In Decalogo expressa, imò in mentibus hominum in primæva creatione inscripta: ideoq; legis hujus reliquias apud omnes gentes etiam maximè barbaras repere est. Non ergò tertio opus erat ostendere *leges Mosis* eā parte non aboleri à Christianis, siq; videm etiam *Ethnicis Christianis* fidem non admittentibus id naturâ notum sit: nec è *Judaismo* illa fluunt, qvæ de subiectione erga *Magistratum* hic traduntur, aut ævari *Judæorum* leges de obedientiâ *Magistrati* debitâ cum aliarum gentium legibus hic doceuntur. Quartò nullum est indicium præcisæ difficultatis circâ electionem Regum è fratribus *Deut. XVII. 25.* præscriptam, nec de *legis istius abrogatione* qvicquam innuitur. Nec essitas illa è *cap. VII. 4.* à *Grotio* indicata, traditâ genuinâ loci istius sententiâ jam evanescit. Id autem re- An sub omni etissimè hic animadversum, universalem illam τὰν ψυχὴν etiam anima etiam Prophetas & Episcopos comprehendere. Qvod *Papatam* evertit, Episcopi com- imprimis autem exemptionem omnimodam clericorum à jurisdictione prehendan- *Magistratus secularis*, & subiectione & obedientiâ ei præstandâtur?

Mandatum est universale; *Omnis anima potestatibus supereminentibus subiecta esto*; Ergò aut *Papa* non est anima, aut subiectus esse debet divino jure. *Bernhard. Ep. XLII.* *Omnis anima potestatibus sublioribus subdita sit: Si omnis & vestra.* Qvis vos excipit ab universitate? Si quis tentat excipere, conatur decipere. Qvo faciunt Imperatores constitutiones: Omnes secundum legem vivant, etiamsi ad divi-

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Bellarmino ex-
ceptio.

nam domum pertineant l. 10. C. de mandat. princip. & l. Presbyteri
C. de Episcopis. Frustrà autem contendit Bellarmino l. II. de R. P.
c. 29. Paulum hic constituere ipsammet etiam jurisdictionem Ecclesiastici-
cam, siquidem ex attributione gladii, & requisito censu liquet, de
Magistratu Politico sermonem esse: qualis tunc gentilis Romæ.
rat, & de obedientia in rebus civilibus; in quo, faciente Estio, consenti-
unt omnes commentatores, tam veteres quam recentiores, tam Græci,
quam Latini. Salmero in h. l. Patres, inquit, veteres, & præsertim
August. Epist. LIV. ad Marcion. & Chrysostomus præsenti loco hunc locum
de potestate seculari tantum interpretantur, quod & ipse contextus sub-
indicit, cum ait, non sine causa gladium portat. Pererius & Tolet. in
h. l. itidem largiuntur hunc veterum ferè omnium consensum: qui
bus adde Lombardum & Thomam in h. l. Et probat hanc sententiam
Salmero ex occasione præcepti Apostolici, quam pæbuerat Gaulo-
nitarum heresis, negantium obedientiam & censem deberi Cæsari, aliisve
principibus profanis, propter libertatem legis à DEO suscepta, cui soli se
subjectos esse asserebant: Addit idem Salmero: Ad hunc Pauli locum, &
expositorum sensum prædictum, dicendum est, quod potestas Ethnici Prin-
cipatus nondum Ecclesie incorporata subditos habet omnes, quia ad eam
Rempubl. cui præsident, tanquam membra pertinent, sive Ethnici, sive
Christiani, sive Clerici, sive Episcopi, sive Apostoli: & hoc ex JURE NA-
TURÆ, ut modo Turcarum Principes supra Christianos, & Principes, qui
suo loco resident.

Quanquam verò Principibus liceat quasdam personas di-
mittere ex sua jurisdictione, & judicandas aliis tradere, non ta-
men ita eximuntur omnino à subjectione & jurisdictione illorum prin-
cipum, sed manet juridictio eadem quoad speciem, originem & for-
mam, saltem exercetur per diversas professiones seu accidentes quo-
dam personas. Neqve enim privilegium accipiens cessat subesse
ei, à quo acceperat; & obligatio illa juris naturalis & divini est, cui
derogari non potest; exemptio autem juris tantum humani est, non
divini, totumqve exercitium jurisdictionis Ecclesiasticae circa res
& actiones ejusmodi, quæ naturâ suâ civiles sunt, uti agnoscent
Job. Hofmeisterus, & Georg Casander ad ultimum articulum abusa-
num Aug. Conf. & Claudius Espensaeus digress. XI. in I. epist. ad
Timoth.

10

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

Timoth. Potuisse autem ordinis & reverentie causa conferri jurisdictionem talem a civili Magistratu Ecclesiasticis personis, utpote Episcopis, aliisque citra peccatum, & citra violationem hujus mandati Apostolici, contra Bezan c. i. & Hadrianum Saraviam, Belgam l. de ordin. Episc. tenendum. Sic ergo ad eos etiam recte applicatur in tantum hoc monitum Apostolicum, in quantum a Principibus collata est Episcopis aliisque Ecclesiasticis personis ejusmodi jurisdictione, quam vi hujus communice potestatis, astimare & reverenterentur, qui illi subjecti sunt.

εγώ δέν εξεσία εἰ μὴ τὸν Θεόν αὐτὸν εξεσίαν τὸν Θεόν
πεποιησάς εἰσ.

Imperia omnia post vocationem gentium, Deus regit ac mutat non communianum illa providentia, per quam multa relinquit naturali ordini, sed sapientia attemperata subditorum utilitatibus, aut, si ita meruerint, pœnis. Feuit hoc & olim Deus aliquoties Prov. VIII. 2. Ps. LXXVI. 7. Dan. II. 21. 37. At Christus hoc universali Christianis credi & pro certo haberi voluit Joh. XIX. 11. Quem sequens hoc loco Paulus, nullum ait imperium nunc contingere nisi DEO autoritatem ei suam dante, sicut rex dat præsidibus: quod ut rectius intelligatur, ait, omnia imperia, quæ sunt, id est, quamdiu inanent ac durant, a Deo constituti, id est, autoritatem suam accipere, non minus quam si reges illi per Prophetas predicti essent, ut quidam Syriæ reges. In Clementis Constitutionibus habemus: τὸν Βασιλέα Φοβηθήση, εἰδὼς ἐπ τῷ κυρίῳ θεοτονίᾳ. Irenæus V. 24. Cujus enim iussum homines nascentur, hujus iussum & reges constituuntur, opti illi, qui illis temporibus regnantur. Tertullianus in Apologetico: Nos judicium DEI suspicimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit. Idem ad Scapulam: Christianus nullius hostis est, nemus Imperatoris. quem sciens a DEO suo constitui, necesse est ut & ipsum diligat, & revereatur, & honoret, & salvum velit.

Ratio est antecedentis præcepti, non autem ut Bellarminus contra Barclajum c. 3. vult generalis doctrinæ applicatio ad civilem Magistratum, q. in genere de potestate sive seculari sive spirituali

A 3. etiam



170.
ANNOTATA ANTI-GROTIANA

etiam egerit Apostolus; Ita Thomas in h. l. Primo ponit (Apostolus) documentum, secundo rationem assignat Vid. & Cajetanus in h. l. Impium autem atque ineptum est, quod Stephanus Junius Brutus autor vindicarum contra Tyrannos, seu de legitimâ potestate populi in principem, q. I. & III. sub universalis ista OMNIS ANIMA, etiam supremi Magistratus animam comprehendit, q. istam populo vicissim oporteat esse subjectam, additâ ratione, quia abstractum illud potestas, non restri-gatur ad concretum principis, seu Regis, sed indefinitè dicitur POTESTAS abstrahendo cum quo vel quibus subjectis componi debeat illa potestas. Impium, quia Paulus Tit. III. 1. & Petrus 1. Epist. II. 13. seqq. facultatem istam seu εξετιαν no solùm restringit ad Principem contradistinctum illis auditoribus, quibus scribebat, sed etiam pro remedio iniqvitatis, si quâ forte abutereatur istâ individuâ jurisdictione, non tûm usurpandam jurisdictionem populi in tales Reges, sed vindictam DEO esse committendam docet S. Petrus 1. Ep. II. 18. seq. Quod re medium etiam servis prescribit circa abusum potestatis herilis, à quâ râmen provocati poterat ad potestatem civilem seu Reipublicæ. Eph. VI. 9. Tit. II. 10. seqq. Col. III. 25. Ineptum est autem, quia semper hâc ratione datur circulus, & turbaretur Respubl. ubi & quando vel Magistratus jurisdictione in populum, vel populi jurisdictione in Magistratum esset exercenda. In illu autem Rebuspublicis, ubi jurisdictione sic constituta est, & quasi distributa, ut in certis quibusdam casibus exerceri posset & debeat à communitate, & suspensa vel derogata sit, quoad certos casus ei, vel eis, qui presunt, una est & manet jurisdictione ac saltem in certis quibusdam casibus exercetur per diversas personas, ut monuit B. Hülsemannus in annot. ad h. l. a' vendōtois, quae etiam contra Anton. Machiavellum l. 1. c. 9. & contra Rossæum sive Gvili. Giffordum, autorem Calvino-Turcismi libro de just. Reipabl. in Reges impios & hæretic. animadversione c. 209. Jrenæum Philalethen (quem Ludovicum Molineum esse tradit Jacobus Revius Examinis Episcopio-Vedeliani p. 14.) Buchananum item & Hotto-mannum, quos æqvè ut Junium Brutum excusare non audet Rivetus, nec non Dav. Pareum, cuius pagellæ in h. l. Oxonii & Lundini Regiâ autoritate exultæ sunt, de quo Rivetus itidem: nostrum non est præstare

10

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

præstare ejus omnes propositiones & distinctiones (vid. Apolog. de ver. pac. Ecclesiæ [p. 117.]) aliosq; Monarchomachos observandum. Conf. Lutherus T. III. Jen. Germ. von Christ. Obrigkeit & Tom. VI. & VII. von der Regenwchr. Schwarz contr. Reg. Engl. libr. VI. defens. Cathol. c. 6. Rex ipse Angliae in Apol. pro iuram. fidelit. & Barclajus uterq; in scriptis contra Bellarmin. evulgatis ut & Arnisæus I. de autor. Princip. ubi aës ēv παρόδω circa B. Lutheri sententiam monendum, qvod observavit B. Hulsemannus in Breviar. extensi. c. XX. p. 394. nonnulla simultaneo Lutheri, Bugenhagii, Crucigeri, Melanchtonis nomine subscripta supposititia esse, qvod arguat stylus, & ostendunt D. Matthæus Rakenberger Job. Fried. Elector. Saxon. laud. memor. Archiater, apud Hortlederum Tom. II. de Bello Smalcald. l. 1. cap. ult. ad ann. 1552.

v. 2. ὡς ὁ ἀνταστόμῳ Θεῷ ἐξστὰ τῇ Θεῷ Δαταγῆ
ἀνθεσκει.

ἀνταστός hoc est, per vim se opponere, sicut Deus im-
piis se opponit Prov. III. 34. Jac. IV. 6. 1. Pet. V. 5. Syrus hic po-
suit, qui contra insurgit: non malè. Respicit enim Apostolus factum
Iudaæ Gaulonitaæ & sedatorum ejus, qvorum exempla brevicon-
tra expressum Christi interdictum fecuturi erant Iudaorum
multi non minùs infeliciter, qvām in Romano imperio Galba,
Otho Vitellius. Et nota DEI edictum hīc dici, ne quis regibus
vim opponat. Est enim hic Δαταγῆ qvod Esdræ VII. 10. Hebr.
XI. 23. Δαταγη & Δαταξ̄ Ps. CXIX. 9. qvomodo & Roma-
ni Imperatores constitutiones suas Græcè appellabant. ἀνταστό-
μῳ προτυριμ passivum sono, sensu reciprocum.

Oἱ ἀνθεσκότες εἰντοῖς κεῖναι λιψούται.

Non minùs qvām apud Judeos, qui syned iō se opponebant
Devt. XVIII. 12. aut regi 1. Reg. II. 43. aut parenti, Devt. XX. 18.
qui id facit, dicitur: וְמִרְאֵת אֶת־בָּרַךְ, הַגְּאֵל יִשְׁחַנְסֶ, qvod i-
dem valer quantum ἀνταστόμῳ. Χεῖναι λιψούται pœnam
ferent. Sic Matth. XXIII. 14. Solent enim verba de rebus bonis
ad mala transferri, ut II. Cor. XI. 24.

Talem

52 .
ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Talem occasionem notavimus etiam modò ex Salmerone:
Observata eadem quoq; ve Benedicto Justiniano in h. l. Josepbus autor
est apud Iudeos fuisse quandam sectam Gaulonitarum à quodam Iudā
Gaulonitā ortam &c. quae negabat censum & obedientiam Cæsari deberi
&c. Eodem vel persimili errore delusi male Christianam libertatem inter-
pretantes fuerant olim, qui existimarent eos, qui Christo nomina dedi-
sent, legibus civilibus solutos esse, ac penitus liberos à Principiū potestate,
Itaq; male olim audiebant Christiani apud infideles, quasi Principibus ac
Magistratibus minus essent obsequentes, &c. Hanc igitur falsam atq; im-
piam suspicionem Paulus in præsenti amolitur. Consonat & Estius in
h. l. Qvibus præiverat Hieronymus in comment. Epist. ad Tit. Iude
Galilæi per illud tempus dogma adhuc vigebat & habebat plurimos secta-
tores, idcirco docet Apostolus principatibus & potestatibus credentes debe-
re esse subjectos.

v. 3. Οι γδ ἀρχοντες δικαιοι Φοβού των αγαθων ἔργων,
αλλα των κακων.

Post argumentum ab origine, alterum additab usū, cuius
causa constituta sunt imperia, nem pēnt improbitate repressa, tu-
tū vivant boni. Hoc autem plenissimè præstant boni reges, ma-
li quodq; aliquatenus, vel sui causa. Et quanquam interdum ali-
quid vitii intervenit, nunquam tamen non satius est esse principes,
quam non esse. Nam ut recte Tacitus: virtua erunt, donec homines,
sed neq; haec continua & meliorum interventu pensantur. Et quomodo
sterilitatem aut imbres & cætera naturæ mala, ita luxus vel ava-
ritia dominantium toleranda. Vide quæ de hac refusè disservi-
mus libro primo de Jure Belli ac Pacis III. 4. & in annotatis ad
eum vocum. Unde & ea quæ ap d Paulum sequentur, explica.
Agrippa in oratione ad Iudeos, quæ est apud Josephum bellū Ju-
daici II. 28. ait nullos à Romanis Magistratibus missos ut bonis
noceant. Cicero II. de legibus: Leges improbos supplicio afficiunt,
& defendunt actuentur bonos. In Manuscrito legitur: εκ εἰσὶ Φό-
βού των αγαθῶν ἔργων, αλλα των κακῶν. Recte, dum noris μετρου-
μιας esse effecti pro causa: nam opus ponitur pro operante.

Non

10.

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

Non rectè præfertur Manuscriptus codex unicus aliis quibusvis omnibus. Explicat autem ita Estius: *Principes* (ut quidem tales sunt) non sunt metuendi bene agentibus, sed male. Rectius additur limitatio, quod timendi non sint bonis, sed malis, de jure. *Agentes* autem *principes*, duces vocat, quos prius ἐξστατικές potestates; emnes complectens, summos, medios, imos, sed propriè civiles, quibus coavenit ius gladii; Bona verò & mala opera vocat non Theologicè, sed civiliter talia, h. e. virtutes & vitia, legibus cuiusq; territorii vel civitatis præcepta vel prohibita; quæ leges sunt tūm divinæ, quorum principaliter Magistratus debet esse custos, ne violentur, tūm humanæ communes, aut municipales, seu positivæ, quibus disciplina ex externa cuivi Reipubl. convenient & necessaria sancitur: opera igitur secundum vel contra leges has admissa, vocat bona vel mala. Designatur autem geminus finis *Magistratus*, tūm *secundarius*, timor malorum, tūm *primarius* laus bonorum.

Θέλεις δὲ μή Φόβον θῆται ἐξστίας; τὸ δὲ γάρ τον πότε.

Ostendit idem se significare, cum dicit ἐξστίας, & cum dicit
ἀρχοντας.

ηγῆ ἔξεις ἐπαγρον ἐξ σύντης.

Dicent Bonus vir Caius Sejus, tantum quod Christianus, ut est apud Tertullianum. Cum hæc scriberet Paulus, non senviebatur Romæ in Christianos. Exiam Judæi Romam redierant. Philo hunc sensum sic exprimit: Λυμπρίας δὲ ἐπ' αδικοῖς, ὡς οὐδὲ δικαιοῖς Ιμαὶ, Βεβαύθωσαν, Libro de judice.

v. 4. Θεῖς γδὲ Διγνον Θεον σπιεις τῷ αἰγαλόν.

Idem vult quod Seneca epistola LXXIII. Errare mihi videntur, qui putant philosophiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios, & contemptores magistratum ac regum, eorumve per quos publica administrantur. Et contrario enim nulli adversus illos gratiore sunt: nec immunito: nullis enim plus præstant, quam quibus frui tranquillo otio licet. Itaque hi quibus ad propositum bene vivendi aditum confort securitas publica, necesse est, ut auctorem hujus boni, ut parentem colant. Asicut hac in re magistratos multum sapientibus prosunt, ita & sapientes, præcipue Christiani, plurimum magistribus; Nam multos corrigendo,

7.

ANNOTATA ANTI GROTIANA

“ rigendo, & meliores reddendo, etiam quam leges humanae prae-
“ piunt, detrahunt illis magnam severitatis materiam, efficiuntque,
“ ut placidius imperent. Tractat hoc pulchre Apologetico II. Ju-
“ stinus & Chrysostomus aliquoties.

Ἐὰν ἐκαπούσοις.

et **Contra leges societatis civilis.**

Φεβρ.

“ Si non aliud, formido poenae absterreat. Logitur enim
“ homini cuivis.

Ἐγδε εἰκῇ τὴν μάχαιραν Φορεῖ.

“ Ἐγδε εἰκῇ est λίθης, pro gravi de causa gladium gerit. In
“ Thalmudicis freqvens illud est de Rege Hebraeo : Rex qui portat
“ gladium. Id recte aptat ad reges omnes : par enim nunc omnium
“ jus. Et Romani Imperatores pugionem gerebant, quod jus vita
“ necisque civium interpretatur Tacitus historiarum III. Licet illis
“ interficere, quod aliis non licet. Irenaeus V. 24. Et propter hoc
“ & ipsi magistratus indumentum iustitiae leges habentes, quæcumq; justè &
“ legitimè fecerint, de his non interrogabuntur, neq; pœnas dabunt.

Magistratum meritò à sceleratis timeri duobus argumentis
docet: tūm quod gladio armatus sit, quem stringat in sceleratos;
tūm quod DE loco, cœ minister ejus coercere pœnis scelera impro-
borum debeat; Paulum autem è Thalmudicis hæc de gladio sump-
fisse, citra fundamentum dicitur: quia Talmudica illa Apostoli-
cis literis antiquiora esse, non constat. Nec è Talmude, sed è
divinâ inspiratione sua habebat Apostolus, quæ in Scripturis propo-
suit. Ceterum per gladium metonymicè intelligitur potestas gla-
dium stringendi, sub quo comprehenduntur simul omnis generis ar-
ma & potestas coactiva: & respici videtur mos vetus gladii gestandi,
vel quo præferebantur Magistratui gladii, fasces, lances in sym-
bolum potestatis. Temerè autem vocis impropriam & synecdo-
chicam significationem Sociniani ita assumunt, ut gladii contra-
facinorosos stringendi potestatem comprehendi ambiguum red-
dant: nam usq; ad gladium potestatem Magistratui concessam
esse, ita ut propriè dictum ensim vel gladium etiam ipse stringere
posit,

Quid per gla-
dium hic no-
tetur?

Socin. nota-
tur.

20

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

posit, indicatur. Qvod agnoscit hic ex prælectionibus Grellii Schlichtingius, hancreddens paraphrasin: Neg, enim fruſtrā potestas illi data est gladio feriendi, atq; ulciscendi maleficos, ac ius vitæ necisq; concessum: qvam potestatem qui habet, ia multò magis minora supplicia ac multas potest irrogare. Idem in proprio commentario tradidit Schlichtingius ad h. l. Non fruſtrā. Id est, habet ius & potestatem etiam gladio feriendi, id est, vita privandi maleficos, qvorum scil. maleficia pœnam hanc mereantur. Nam si jus & potestatem hanc Magistratus non haberet, fruſtrā omnino gladium gereret, qui instrumentum est capitis detruncandi, & hominem vita privandi. Unde autem hec jus & potestatem habet nisi ab ipso DEO, cuius minister est, præsertim cum tale ministerium gerat, qvod sine gladii jure ac potestate obiri non posse. Neg, enim aliter bonis bene esse, id est boni à malis per Magistratum tuti ac securi esse ullo modo possent.

Θεος γδέ Αγέναρος οὐδὲν δικίον τὸν τῷ περισσοῦν πρέπειον. "

Εἰς ὅργην dictum est μετωνυμικῶς, pro in pœnam. Philo dicto libro de Judice, denocente: δεδεκατίς ἐκ ἐλέως (πορεύεται) αἷλος ἔργον δέξια.

v. 5. διὸ οὐδένην τελεῖσθαι.] Sophocles:
ἀρχοντές εἰσιν. ὡδὸς τετράτεον. τί μή;
ἢ μόνον Αἴσι τὴν ὁργὴν.

Non solo pœna metu qvam leges minantur.

αἷλος καὶ Αἴσι τὴν συνειδοσιν.

Qvia Christus id præcepit Matth. XXII. 21.

v. 6. Αἴσι γέτο γαρ Φόρες τελεῖτε.

Non tantum metu commisisti, sed e iam qvia Christus ita voluit, Matthæi dicto jam loco. Justinus Martyr Apologetico II.
Φόρες γένεται, eis φοραὶ τῆς ιψοῦ ἡμῶν πεπαγμένοις πανταχοῦ τελεῖται
πάντων πειρώμενοι Φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρὰ αὐτῷ. Tatianus:
περιττοὶ τε Φόρες τελεῖν οὐ βασιλεὺς; ἔτοις θεοὶ παρέχειν. Tertullianus Apologetico.
Catera rectigali gratias Christianis agent ex fide pendentibus qui alieno fraudando abstinentiis.

schlichtingii
Confessio.

λειτουργοὶ γδέ Θεοὶ εἰσι.

B 2

Qvod

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Qvod bis dixerat Λαζάρος , nunc dixit λειτουργός . Ita
“ **מְשֹׁרֶת** Hebræum modò λειτουργός vertitur , modò Λαζάρος .
“ eis autò ἐποιεῖσθαι τοιαῦτας .

“ **בְּחִזְקִיָּה** , id est , asidui in hoc ipsum , nempè ut Dei jure
“ malos puniat ad innocentium tutelam . Qui homini serviunt ,
“ mercede opus habent : illi Deo serviunt in re magna utiliqa , et
“ iam Ecclesiæ .

Non est novum hoc Christi præceptum : sed obedientia Magi-
strati præstanda jam in Vet. Test. mandata Devt. XVII. 12. Prov.
XXIV. 22. imò naturæ lege injuncta est Gen. XLI. 40. Monet ergò
Apostolus non tantum ob iram , vel paenam tūm hominum , tūm
ipfius imprimis DEI patendum esse , sed etiam propter conscienti-
am , per quam non conscientia beneficiorum , quæ subditis præstan-
tur à Magistratu , ut Greci Interpp. volunt , sed dictamen conscientiæ
& metus offensionis divinae insinuatur ; quia non ab utili , sed à neces-
sario desumptum est argumentum : nec alio sensu conscientiam so-
let nuncupare Apostolus : Obedientia igitur parit bonam conscienti-
am , quæ est approbatio mentis nostræ recte judicantis & testifican-
tis nobis , quod recta fecerimus DEO & hominibus probata .
Quam approba ionem seqvitur letitia cordis acqviescentis in hac ap-
probatione DEi & hominum . Περσκαρτεράς Erasm. reddit incum-
bentes . Vulgatus , servientes . Augustinus l. 4. de Doctrin. Christ.
c. 29. vertit perseverantes . Propriè τοιαῦτας notat continuam
& diligentem curam , quæ cum magna patientia , ob oneris gravita-
tem , conjuncta est . Atq[ue] sic describit officium maximè mole-
stum Magistratus , quicq[ue] autò ἐποιεῖν huic ipsi operi , defensioni scilicet
bonorum & coërcendis malis perpetuò intentus esse debet , & ideo
magna eriam sumptus impendere necesse habet . Sic usurpatur
Marc. III. 9. Act. I. 24. de precibus . Act. II. 42. Rom. XII. 13. ut habet
B. Wellerus . Argumentum ab æquitate desumptum est : Quia enim
Magistratus tanta sedulitate in id intentus est , ut loco DEI præsit ,
subditis æquum est , ut retributionem aliquam ab iis reportet .
Dignum enim operarium est mercede suā . Luc. X. 7. Cor. IX. 7.

Quid hic con-
scientiae ?

Περσκαρ-
τεράς .

Ερώτηση

PARS

PARS II. Debitum erga proximum.

v. 7. Δπόδοτθν πάσι ταῖς ὁφειλᾶς.

Non regibus tantum, sed & præsidibus, procuratoribus, publicanis, ministris regum. ταῖς ὁφειλᾶς, id est, ἐις ὁφειλέμδα ut Matth. XVIII. 32. in Glossario, ὁφειλὴ debitum.

τῷ τὸν φόρου, τὸν φόρον, τῷ τὸ τέλῳ, τὸ τέλον.

Tῷ id est, ὡς, supple ὁφειλεταὶ ex priore. Sicut Poëta, ita & Apostoli sæpè articulos commutant. Itaque sicut hic articolus præpositivus, vice articuli subjunctivi, ita subjunctivus vice præpositivi infra XII. 2. 5. Φόρῳ & τέλῳ sic differunt, quomodo Latinis tributa & vestigalia. Vestigalia pro mercibus dantur, Tributa pro solo aut capite. Quidam φόρος vocant εἰσφορὰς, ut & Justinus verbis modò adductis. Sed satis diximus de his vociis ad 1. Macc. X. 32. φόρος & εἰσφορὰ distinguit & Josephus belli Judaici II. 1. Φόρῳ responderet Hebræo 10.

τῷ τὸν φόρου, τὸν φόρον, τῷ τὸν τημήν, τὸν τημήν.

Φόρος nomine intelligit sollicitam cautionem, ne quid admittamus, quod eos posse offendere: τημῆς nomine omnia reverentiae signa.

Peculiariter ista concerneat adhuc Magistratus inficias habimus. Quia ab illis imponuntur, illisq; debentur vestigalia, & tributa: & exhibendus imprimis ipsis timor, & honor: sed quum generaliter loquatur Apostolus, Δπόδοτθν πάσι ταῖς ὁφειλᾶς, non video cur debita CUNCTIS reddenda, quibus obligati sumus in civili societate, restringenda sint ad Magistratus, vel ad Reges, Presides, Procuratores, publicanos, ministros regum: nec vero ὁφειλαι tantum illis, sed etiam aliis in societate civili debentur, quemadmodum imprimis de timore & honore, quæ etiam ad ταῖς ὁφειλᾶς pertineant, manifestum est: quod superioribus quibusvis, utpote etiam Dominis, Parentibus, Praceptoribus, & aliis, qui in Magistratu constituti non sunt, debeantur. Ex. XX. 12. Deut. V. 16. 1. Tim. VI. 1. Pet. II. 18. Syr. III. 9. Recte autem de Magistratu August. I. qq. V. & N. T. q. 33. Imaginem DEI Rex gestat, idcirco colendus & amandus est,

18.
ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

Si non propter se, saltim vocationis & sanctionis sua causa. De vocibus Φόρος & τέλους alii ita: Φόρος propriè tributum est, quod pendit de rebus terrâ nascentibus διπλό τε φέρεται. τέλος est, vectigal, quod solvit pro rebus, quae transvehuntur, & permutantur in contractibus διπλό τε πλεῖν J.Cti dieunt tributum. Principi vel fisco solvi pro bonis immobilibus l. 2. C. de annon. Et trib. vectigal pro bonis mobilibus l. universi C. de vectigal. Budæus tamen ex Strabone docet Φόρον propriè esse censum, facultatum & personarum, uti Syrus hic reddidit, argentum capitum: τέλος autem vectigal, quod pro mercibus importatis velexportatis penditur: unde απέλεσα immunitas vectigalium. Non autem has voces adeò exquisitè distingvi vel è vers. anteced. patet. Ήτρού τε γένος καὶ φόρος πλεῖτο.

“ v. 8. ὑπὲν μηδὲν ὁ Φειλάτος, εἰ μὴ τὸ αὐταπάντα αἴθλας.

“ Occasione vocis οὐ Φειλάτος, transit à Legis Politicæ parte ad eam quæ mores instruit, ostenditque ea præcepta, sicut ante Moysen fuerant, sic & nunc manere, sed cum supplementis quæ se digna Christus adjecit. Est autem argutè dictum, cetera debita soluntur, nec manent: dilectionis debet tum semper & solvitur, & manet.

An præceptum
de dilectione
proximi à
Christo adje-
ctum?

Falsum est hoc præceptum à Christo adjectum, in V. T. traditum non esse: quia non aliunde, quam è V. T. libris Christus id inculcavit Matth. XXII. 39. Luc. X. 25. Nec de ipsis supplementis à Christo legi additis quicquam monuit Apostolus, immo hæc de amore proximi, & ne adversus illum, violando uxorem, corpus, vel fortunas proximi peccemus, lege ipsiusque præceptis Decalogi docuit. De illo debito S. August. T. II. Epist. LXII. ad Cœlestin. Diacon. semper de beo charitatem, quæ sola etiam reddit a semper detinet debitorem. Redatur enim cum impenditur: debetur autem, etiamsi reddit a fuerit, quia nullum est tempus, quando impendenda jam non sit, nec cum redditur, amittitur, sed potius reddendo multiplicatur. Habendo enim redditur, non carendo. Et cum reddi non poscit, nisi habeatur, nec haberi potest, nisi reddatur, immo etiam cum redatur, ab homine, crescit in homine, & tanto major acquiritur, quanto pluribus redditur. Recte autem de causa debiti monuit B. Selneccerus concilians presentem & anteced-

10

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

antecedentem versum. Concilianda sunt duo dicta Pauli hoc loco expressa, videlicet: Reddite omnibus debita, & nemini quicquam debitis, nisi ut invicem diligatis. Prius dictum loquitur de obligatione civili, debitâ ex officio mutuo, & alio contractu: Posterius dictum loquitur de obligatione naturali, & divinâ, quae perpetuo manet ex precepto DEI; diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Et hæc obligatio præstat multa, etiam non debita obligatione civili: ut dives debet Lazaro opitulari cum posset, quamvis Magistratus non punit divitem omittentem hoc officium: sic nos omnes debemus proximo nostro multa officia, et ambi ad hæc obligatione civili non simus obstricti. B. Lutherus rem ita exprimit, non inconcinnè: Sensus est, debere debetis vos Christiani, non ut Ethnici, ex necessitate, obstringente lege, sed ut filii, libere monente charitate. In quo notetur duplex debitum, alterum legis, alterum dilectionis. Legis debito coram hominibus obligamur, ex quo alijuris aliquid erga nos habeant, & quodjure à nobis postulent: ex hoc debito Magistratui persolvimus vecigal, tributum, honorem &c. Alterum debitum charitatis est, quo se Christiani ultrò servos aliis addicunt, de quo Paulus 1. Cor. IX. Cum essem liber, omnium feci me servum &c. Hoc debitum nulla lex hominum requirit, aut vindicat &c.

ιδού αγαπῶν τὸν ἔτερον.

Id est, hominem quemvis, ejusdem Dei imagine ornatum, „
iisdem ortum primis parentibus. „

νόμου πεπλήρωμε.

Is adjecit, quod Legi Mosis deest, נַעֲלָמָה Nam qui Mosis „
tantum præceps exsequitur, ei adhuc aliquid deest, Matth. „
XIX. 20.

Perversissima depravatio: quæ primùm nova & insolens; nam
ubi in Scripturis legem implere est plus præstare, quam quod lex requirit;
Deinde falsa: quia nemo id potest: ac ne præstare quidem id, quod
lex postulat, nedium amplius Act. XV. 10. Rom. II. 4. Denique in-
juria est in legem Mosaiam, q. ei aliquid desit: quæ verò perfe-
ctionis laude celebratur, quia nihil ei addi, nihil detrahi potest
Deut. IV. 2. c. XII. 32. neq; ei derogare poterit rursum illa juvenis
in Schola Pharisæorum informati responsio Matth. XIX. 20. à
Chri-

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Christo non probata, sed defectus & imperfectionis multiplicis convicta.

" v. 9. τὸ γένος μοιχέυσεις, ἡ Φονέυσεις.
" Recitat præcepta eo ordine quo LXX. in suo Hebræo textu
" ea legerunt in Exodo, ut ostendimus in fusiore nostra ad Decalo-
" gum expositione.

" ἡ πλέψεις, [ἡ ψευδομαρτυρίσεις], ἡ πιθηκήσεις:
" ἡ πιθηκήσεις h̄ic valet, non aeges ut aliena prætextū quo-
" dam favorabili ad te attrahas. Nihil facies in fraudem legis. VI.
" de supra VII. & ibi dicta.

" καλέπτεις ἐτέρας ἀνθρώπος.
" Nempe ejusdem naturæ, id exigens quod alter debemus al-
" teri, puta honorare parentes: & alia quæ sunt in lege, sed extra
" Decalogum.

" ἐν τῷ τόπῳ λόγῳ αὐτοῦ φαλαισταῖς.
" Summatim comprehenditur. בְּלִילָה. Sic Aqila in
" principio Geneeos בְּרֵשֶׁת vertit καφαλαῖω, id est, simul,
" ut exponit ad Genesim Philionotus. Sic dicunt Hebrei :

" נַפְשׁ וְגֹמֶר כְּלִילָה בְּאַהֲרֹן
" יְהוָה בְּכָלְבָיְד וּבְכָלְבָיְד. Lex tota in hoc αὐτοῦ φαλαισταῖς. Di-
" lige Deum toto corde & tota anima atq; substantia. Et hoc præce-
" ptum Dei amandi, & alterum amandi proximi, dicuntur He-
" breis, ut alii notarunt, בְּלִילָה גְּרוּלִים, id est, summa
" magna. Græci auctores αὐτοῦ φαλαισταῖς vocant quod Latini
" causa conjectioem. Augustinus: in quibus causa summatim repe-
" titur, quam vocant αὐτοῦ φαλαισταῖς. Enim τῷ τόπῳ λόγῳ, id est, in
" hoc præcepto nam sic Hebrei דְּבָרְךָ אֱלֹהִים usurpat.

" ἐν τῷ αὐτῷ πάπτεις τὸν πλησίον σὺ ἀστέρα.
" In hoc præcepto non legis, sed Christi Matth. XIX. 19. Ju-
" bet quidem & Lex diligi proximum Levit. XIX. 18. sed proximi
" nomine Lex intelligebatur qui eidem legi subiectus esset ut o-
" stendimus ad Matth. V. 43. Neq; verò ea formula comprehen-
" debat eos, à quibus Iesus graviter esset aliquis, quod facit Evange-
" lica Matth. V. 44. Proximus ante legem homo quivis, Gen. XI. 3.

Sic

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

Sic & in Evangelio , qvod non omni populo , sed omnibus dattum est
est Luc. X. 33. Comprehendantur igitur illa legis præcepta in isto
Christi præcepto , ut pars in toto , multas etiam alias partes ha-
bente.

Qvî verò hoc præceptum non legis est , sed Christi ; qvum ju-
venis in Schola Mosis , non Christi informatus profiteatur id se
implevisse ? Matth. XIX. 20. ideo non potuit ei ignotum esse . Et quid-
ni ex lege id haberè potuerit , in qvâ expressissimè id traditum Lev.
XIX 18. Φευδερηννεια autem detestanda est , legem proximi nomine
non quemlibet , sed Iudeum solum , qui eidem legi subiectus erat ,
intelligere , nec eum comprehendere à quo graviter quis lœsus.
Qvam corruptelam Pharisaicam Christus ipse retudit , ut Matth. V.
ostensum : & evidenter refellunt enumerata Decalogi præcepta ,
qvæ in hâc summa recapitulari docet Apostolus . Quid quis , inquit
S. August. l. 1. de doctr. Christian. c. 30. arbitratur non de omni homine
Apostolum præcepisse , cogitur fateri , qvod absurdissimum & sceleratissimum
est , visum fuisse Apostolo , non esse peccatum , si quis aut non Christiani aut
inimici adulteraverit uxorem , aut eum occiderit , aut ejus rem cupierit .
Qvod si devinctus est dicere , manifestum est omnem hominem proximum
esse deputandum , qvia erga neminem operandum est malum . Conf. Exod.
XXVI. 4. Lev. XIX. 17. 18. Prov. XXV. 21. 22. Luc. X. 3. Et qvomodo in istis
præceptis αντιφαλαισταγε recapitulatur , & summatim compre-
henditur , qvicquid præceptorum est tabulae secundæ , cum ab Apo-
stolo id traditur , non autem cum in lege id traditum est , qvod tamen
à Christo etiam repetitum , & approbatum , ceu summarium legis ta-
bulæ secundæ Matth. XXII. 39. 40. Ineptum etiam est , qvod Grotius tri-
catur : illa legis præcepta in isto Christi qvod docuerat præcepto
comprehendi , ut partem in toto , multas etiam alias partes habente
nam neq; partes alias dari possunt , imprimis ob clausulam addi-
tam , οὐδὲπιστέρη ἐντολὴ : nam qvæcunq; adferatur alia , illa
clausula jam comprehensa est , & qvomodo summaria diceretur
complexio , qvæ multis modis illa , qvæ in summam redigit , exce-
dit ! Loquutio illa vel è Rhetorum conclusionib; desumpta , qvæ utriq; v
non plus continent , qvam ipsa oratio , sed summam tantum Ora-
tionis

O

tionis

362.
ANNOTATA ANTI-GROTIANA

tionis exhibent, vel ab Arithmeticis computationibus, ubi summam numerorum amplectimur, quæ excedere non potest, si justa sit, numeros minores vel partiales.

v. 10. ιδιαγάπτε πλησίον κακὸν δὲ κατέχεται.

“ Puto veriorem esse lectionem quorundam codicum, quam
“ sequuntur veteres Interpp. Græci, τῷ πλησίον. dilectio, id est, is
“ qui alterum diligit, alteri nihil facit mali. Si nihil mali, ergo
“ nec matrimonium ejus, nec vitam violabit, nec res surripiet.

πλήρωμα δυνόμειος ιδιαγάπτη.

“ Plus enim continet quam lex. Est everriculum omnis injuriæ.
Recurrit prior ψευδερμηνεία; Non plus continere dicitur dilectionis, quam lex requirit, quomodo enim plus contineret? sed præstare vel implere legem. Hoc enim est esse πλήρωμα νόμου: ut, qui proximum diligit, legem, quantum ad tabulam secundam, præstet vel impleat, ut explicat etiam Schlichting. in comment. p. 304. implere legem est legem factis & operibus exequi: & impletio, πλήρωμα, id est exequutio: non quod detur, qui legem vel quoad secundam tantum tabulam impleat, quum re unicum quidem legis præceptum præstari vel perfectè impleri à nobis posfit, nedium omnia, unde id neque ratione perfectionis partium legis, neque ratione graduum concedendum est; sed quod hypotheticè illa dicta, & quoad perfectionem legis intelligenda, quæ à nobis expetenda modisque omnibus ambienda est, sed obtineri in hac imperfectione non potest; Ideo rectè B. Mylius p. 389. Sic quidem habent verba Apostoli, Qui quis diligit proximum, legem implevit: sed dilectionem intelligit, quam lex requirit; An autem sit vel fuerit, qui eam implevit, immo an etiam esse in hoc mundo poscit, non dicit. Non ergo quid in actionibus hominum fiat, aut fieri poscit, ostenditur, sed idea mandati ab Apostolo propicitur, quod in altera demum vita implebitur; nunc autem ideo inculcatur, ut quid fide exposcere, quo spem præmittere debeamus, admoneamus. Cui Augustinus id subjungit, quantum mihi videtur, in ea, quæ perficienda est justitia, multum in hac vita ille profecit, qui quam longè est à perfectione justitiae, proficiendo cognovit. De nomine nisi de uno Christo dicitur, quod impleverit legem. Qui Domino serviisse dicuntur toto corde

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

corde 1. Reg. XV. 3. 2. Reg. XXIII. 25. non tamen legem impleverunt; i. Reg. XV. 3.
quia non illa servitus intelligitur, secundum rigorem legis, sed secun- 2. Reg. XXIII.
dum sinceritatem cordis, quod non hypocriticè, aut corde dimidiato, sed 25.
sincero, & ita, ut totum cor DEO consecrarint, quoad promptitudi-
nem spiritus, et si quantum ad carnis infirmitatem, non id exequi
semper valuerent, quod intenderunt, & sategerunt.

P A R S III.

*Debitum cuiusvis Christiani quā semetipsum in luce Evan-
gelii piē gubernandum.*

v. 11. nō 187.

Hoc nō 187 valet præsertim, & refertur ad id, quod longe „
præcesserat, dilectionis nos semper esse debitores. „

Alli ad omnia monita antecedentia referunt, cum quibus et-
iam facit Crellius, & Schlichtingius. Alli nō 187 malunt reddere
ETIAM Hoc, vel abhuc, & præterea. Nos referre malamus ad omnes
antecedentes paræneses, q. d. Et hoc quod diximus, tantò magis observa-
bitis, quod sciatis &c. Habentur enim hic ita specialia præcepta, quā
ea, quae renati quoad seipso piē gubernandos in sobrietate, casti-
tate, iræ moderamine, corporis περούα observare debent, ut si-
mul illâ similitudine & ratione, quam ad hanc parænesin adhi-
buit Apostolus, (à die lucis Evangelicæ) universas Christianismi
partes eleganter & summariter complexus sit, veluti epilogi &
ἀντανταλαίσσως gratiâ: ut postremo paneis omnia comprehen-
dens svavi illâ statûs præsentis picturâ, aculeos in animis fidelium
relinqvat, ad alacritè exequendum debita officia. Ideò [non] tan-
tum in genere de OPERIBUS renebrarum monet, deq; armis lucis u-
niversis, de honestâ ambulatione, quæ latius omnino patent, quam il-
la, quæ peculiariter designârat, cœi pertinentia ad honestam conser-
fationem: Sed jubet etiam induamus Dominum Christum Jesum, quod
per fidem fit, & ne carnis concupiscentiis, quo nomine illæ veniant, de-
dicti aut intenti simus.

εἰδόπε τὸν καὶ γέρων.

Considerantes, quale jam sit tempus.

Ἐν ὥρᾳ ἡμέρας ἡδη ἐξ ὑπνου ἐγεγένεται.

C 2

Simi-

264.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

" Similitudinem sumit à re bellica, ut sàpè ut II. Cor. X. 4. i.
" I. Tim. I. 18. II. Tim. II 3. Eph. VI. 17. i. Thess. V. 8. Cicero pro L. Mu-
" ræna de duce: illum buccinarum cantus exsuscitat. Horatius:

" Nec excitatur classico miles truci
Emphasis vocis exposuit B. Hieron. Wellerus in h. l. Est emphasis in
vocabulo expurgisci. Significat enim Apostolum, eos, qui doctrinam Evan-
gelii amplectuntur, vocari ad ingentia & multiplicia certamina atq; peri-
cula. Qvia omnes, qui ardent vero amore & studio discendi, proficendi, &
propagandi doctrinam Evangelii, hi foris à mundo, id est, tyrannis oppugnan-
tur, qui in fortunas & corpora piorum græssantur. Intus verò ignitis telis
Diaboli, hoc est, internis pavoribus excruciantur. Ambo hostes, scil. mundus
& Diabolus, pariter conantur, & summo studio id agunt, ut nos aut meus
suppliciorum à doctrinâ Evangelii deterreant, aut illecebris voluptatum in-
escatos nos inde avocent, atq; in exitium inde perirahant. Significat igitur
εγρ̄βηναι, id est, surgere, vigilantiam, diligentiam, assiduitatem, & acerri-
mum studium bene operandi. Deniq; in verbo, fide, invocatione, & omnib; q
exercitiis fidei acres, exorrectos, attentos & assiduos esse, & excubias age-
re, contra insidias Diaboli. Hortatur itaq;, notante B. Jacobo Wellero
p. 698. ut post qvam lux Evangelii exorta, & per totum terrarum orbem
sparsa sit, opportunitatem istam præsentis temporis cognoscant: non dor-
mitent perpetuum ignorantie & securitatis carnalis veternum, sed serio
studio amplectantur doctrinam veram, abjiciant pristinam conversationem,
& in vita novitate ambulent: & sciant, se facile occasione & momento ve-
ram religionem amisuros, & tempus gratiae neglecturos esse, nisi assidue ad-
vigilaverint. Confer 2 Cor. VI. 2. Gal. VI. 10. Ef. LV. 6.

" οὐνέγκυτερον ήμων η σωτηρία.
" Loquitur tanquam de obsecris, qui magno animo per medios
" hostes debent evadere.

" Η ὅτε θήσις λυσαρχό.
" Id est, qvam cùm credere coepimus. Verba enim talia inter-
" dum initium, interdum progressum, interdum exitum significant.
" Sic. Exod. IV. 20. in Hebreo & Latino: ex quo locutus es ad servum
" tuum: in Græco αὶ Φ' ἡρξω λαλεῖν τῷ θεοῖς ποντίσῃ. Sic Nehem.
" VIII. 3. רְאֵנ disicur pro initio lucis, ut explicat Kimchi in eâ voce.

Conso-

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

Gonsonat B. Glasius: Simplicissime exponitur credere, pro incipere credere, seu ad fidem Christianam primum accedere, & infidei quæsi diluculo constitutum esse. Heins. exercit. sacr. in h.l. πιστεύειν hic manifestè ἀπέλαθε ponitur, ut sit, cum primum credere cœpistis. Conferte γέ τὸ μέλρον Βασιλεὺειν, quod crebro dicitur de eo, qui regnare primum incipit: ἐβασίλευσαι οὐσης ἐβασίλευσον Αχαλός &c. Canonis illius, quod verba completiva sunt inchoative intelligenda, exempla videantur in Grammatica sacrâ p. 220. Nunc propior est nobis salus (verba sunt doctissimi Flacii in clave Script. part. 1. col. 974.) quam cum credidimus; id est, subinde magistum doctrina illustratur, tum religio huius spargitur, tum experientia presentis divinis ac rerum spiritualium nobis augetur, tum deniq; etiam alia dona crescunt & augmentur, eoq; quamvis & initio cum credidimus, certa nobis fuit salus, tamen nunc omnia nobis veluti clariora ac certiore sunt. Quidam non inconcinnè hoc applicant metaphoram ab iis, qui in studio currunt, qui quo longius progrediuntur, eò proprius accedunt ad metam. Sic enim initium conversionis nostræ simile est ingressus in carceres stadii, continuatio & incrementum fidei est simile cursui in studio, deniq; ipsa cœlestis gloria est similis meta.

v. 12. ἡ νῦν ωρέοντεν.

Magna rerum bonarum ignorantia. Πρεσέκοψεν, cursum suum peregit: וְעַב ut hic Syrus. Transivit, Cyprianus.

τὸν ἡμέραν ἡγίαν.

Pervenit ad nos dies: affulit lux Evangelica. Sic Lam. IV, „
quod prius dictum fuerat בְּקָרְבָּןִים, exponitur per בְּנֵי הַלְּהָבָן. Par „
sensus 1. Thess. V. 4. 5. 6. „

Alii comparationem instauri malunt inter hanc & futuram vitam. Nonnulli inter Vet. & Novi Test. tempus. Sed rectius conferri dicitur temp⁹ ante conversionem, cum conversionis tempore. Conf. Eph. IV. 18. c. V. 8. 11. 13. 14. 1. Thess. V. 5. seqq. Tit. II. 11. 12. Ef. LX. 1. 2.

Ἄποθάμεθα δὲ τὰ ἔργα τῆς σκότους

Quæ qualia sint, explicat commate sequenti.

καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὄπλα τῆς φωτὸς.

Id est φωτεινὰ: arma fulgentia decent milites, ut ille apud Plantum: Curate ut splendor meo sit clypeo clarior, Quam solis radui esse

C 3

olim,

66.
ANNOTATA ANTI-GROTIANA

" olim, cum sudum est, solent. Qvæ verò sunt Christianæ militiae arma,
" explicat Eph. VI, 13. & seqventibus.

Operatene-
brarum cur
ita dicta?

Operatenebrarum dicuntur scelera qvævis, cum lege Dei pugnantia, qvia autore Principe tenebrarum Col. 1. 13. fiunt: à tenebris primævis & originalibus ignorantia mentis, & pravitatis voluntatis proficiuntur Eph. IV. 18. in tenebris peraguntur Job. III. 20. & in tenebras exteriores præcipitant, Matth. XXII. 13. Qvæ ante conversionem securè designata, 1. Cor. VI. 9. I. Pet. IV. 3. jam deponi jubarunt non secus atq; vestes exuuntur, & deponuntur, Eph. IV. 22. Ex adverso verò induenda sunt arma lucis: non dicit vestimenta, sed arma: qvia non tam ut vestiamur, qvam ut ad pugnam spiritualem aptemur contra diabolum, mundum & carnem, opus est, 2. Cor. X. 4. Sunt autem χαρισματα Spiritus sancti, qibus ipse nos instituit ad hanc militiam, Eph. VI. qvæ ideo arma lucis dicuntur, qvia à Patre luminum descendunt, Iac. I. 17. ab homine illuminato à Sp. S. peraguntur, ad lucem verbi divini exiguntur, & lucent, ac fulgent coram Deo, & hominibus Eph. V. Matth. V. & Spiritui tenebrarum profligando inserviant, filiis lucis & candidatis æternæ gloriæ convenient, Phil. II. deniq; qvia in luce cœlesti & æternâ militiæ armorum lucis brabæon repositum est, 2. Tim. IV. 6,

V. 13. ὁς ἐν ἡμέρᾳ ἐυχηθως τετινάχεται.
Qui de die procedunt, eant composito gradu. Ovidius:
Nox & amor vinumq; nibil moderabile svalent. Tacitus historiarum IV. omnem pudorem nox ademerat. Ita nos decet lucis tanta compotes omnia agere qvam honestissimè.

Luther. Die nemo operatur, qvæ in tenebris solet operari, qvilibet alterum veretur, & comparat se, ut vivat honestè. Vulgo dicitur: Nox pudore vacat, id verum est, qvare & eā homines noctu faciunt, qverum ipsos die puderet; dies autem pudore pollet, exigit conversationem honestam. Eodem se babere modo debet vita Christiana, nempe ut nihil admittas, cunctu te pudere possit, etiam si omnia tua universu orbis videret. Nam qui ita vivit & operatur, ut & gresserat, sua omnia ab omnibus videri, & audiri, totamq; vitam suam palam cunctis innotescere, is omnino Christo indignam vitam vivit.

μη

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

καὶ κάμοις] καὶ μοι sunt nocturnæ amationes, unde κομάζει. Vide „
Idyllium Theocriti καμασῆν, & Sap. XIV. 23. 2. Macc. VI. 4.

καὶ μέθαις] Nam & potari solet de nocte: 1. Thess. V. 7.

καὶ κοίταις] κοίτη est congressus viri cum muliere, ut diximus supra IX. 10. Dixit autem pluraliter κοίτας, ut exprimeret concubitus vagos, ex quibus quæ & quæ seqvantur mala, facundè hic edisserit suo more Chrysostomus.

καὶ σελγίαις] Est a σελγίᾳ vox Græca satis latè patens, & omnia comprehendens quæ lascivæ, libidinoseq; sunt, sed hīc ea intelligi possem, quæ sunt contra sextum leges. Nam & Æschines contra Timoeratem hoc sensu utitur. In Glossario σελγία impudicitia. Seneca de talibus: quibus abscondendis nulla jatis atra nox est, libro I. de Naturâ cap. 16.

Non hæc sunt operæ tenebrarum universa, quæ deponere jubet hīc loci Apostolus, quod D. Majori vistum: sed quia inhæret adhuc similitudini evigilantium è somno, peculiariter illa cōmemorantur, quæ otium & securitas, vel torpor & somnus secum trahere solet; uti sunt comedationes & ebrietates, cubilia & lasciviae, quæ contra præceptum sextum pugnant: & quæ connexa iilis sunt, contentio, & fervor, quæ qvinto præcepto aversantur. Quemadmodum ex adverso per arma lucis non tam virtutes contrariae, quales sunt temperantia, sobrietas, castitas, verecundia, studium concordiae, & longanimitatis, designantur, quam illa quæ in armamentario Spiritus S. ad πρενοπλίαν sacram fistuntur, Eph. VI. 11. seqq. uti sunt veritas, justitia, Evangelium pacis, scutum fidei, galea spei, gladium verbi divini, tela orationum: ad quæ arma spiritualia ea quæ hīc circa honestam ambulationem requirit Apostolus, quædam potius adminicula censenda sunt, & ἀρχηγεῖσσα, vel requisita ad id necessaria, ut arma illa recte tractentur, iisq; fortiter præliemur, quam cum armaturā ipsā confundenda: quemadmodum temperantia, castitas, fuga ire & emulationis indebitæ ad requisita boni militis quidem pertinent, non vero ipsa ejus arma sunt. Quo pacto Apostolo 1. Thess. V. 6. g. vigilantiam & sobrietatem ab ipsis armis, quæ induenda sunt, fidei, dilectionis & spei distingvere placuit. Ellipsis autem hīc est præpositionis ē in, ex præcedentibus repetenda, στόχῳ μοις. Κῶμος autem, annorante Erasmo, Græcis Deus est temulentia (quem quidam ob ὄμοφωνias שׁוֹמֵן Callos esse volunt, idolum illud Moabitarum, cœ-

jus

8.
ANNOTATA ANTI-GROTIANA

in Num. XXI. 29. 1. Reg. XI. 33. Jer. XLIX. 46. fit mentio, notante Drusio animadvers. l. 1. c. 56.) Eodemq; nomine vocatur convivium procacius ac juvenile. Quidam & cantiones ac saltationes lascivae Gracis καύμαι dicuntur: unde & comœdia dicta est. Aretius in h. l. καύμαι comesatio est scurrilis, in quâ sales & ditteria liberiora regnant. Syria pro καύμαι habet בָּזְמָרִים Musica, per Synecdoch. intelligens illa profusa convivia, de quibus Job. XXI. 12. Es. V. 11. 12. Amos VI. 5. 6. quæ præter exquisitos cibos conjunctam etiam habent Musicam profanam, spicam & inhonestam, ut observat B. Glasius p. 107.

Non autem est cur voces illas κοίταις καὶ ασελγεῖαις ita restrin-gamus; quum peccata omnis generis contra sextum præceptum iis comprehendantur, (Κοίται juxta Hesychium γυναικῶν ἀπειθεμίαις & ἐμβασ-κοῖται dicuntur.) & ασελγεῖαι generalius dicuntur in Scripturâ Marc. VII. 22. Gal. V. 19. Eph. IV. 19. 1. Pet. IV. 3. 2. Pet. IV. 3. 2. Pet. II. 18. Jud. v. 4. Sap. XIV. 25. Interpres Demosthenis in Orat. καὶ Μεδεία ita habet: Φρυξένη ἡμεῖς, οὐκ ασελγῆς λάγαται, δικαιοσύνης, μητὲ αρετῆς. Dicitur tamen peculiariter ασελγείæ de lascivia. Philo l. 1. de vita Moysis, Άριτη τοι γυναικῶν ασελγεῖαις καὶ αγορασίαις per mulierum obscenam libidinem, & protervam perulantiam. Lucianus, ασελγεῖσε οἱ ὄντες, asini lasciviores; siquidem hoc animal libidinosissimum sit. Unde ασελγεῖαιas dicit adhiberi pro obscenitate, & stuprorum flagitiosâ conseruudine. Deducunt vocem à Selge oppido à Lacedæmoniis condito, in quo aliqui homines temperantes & fugales, cum Strabone l. XII. & Suidâ in dictione ασελγείæ, collocant, ut & in σελγίνων: alii cives ejus faciunt improbos, & petulantias, ut & sit epitheton. Vid. Scapula in Lex. Plinius L. XV. H. N. c. 7. & l. XXIII. c. 4. Selgitici olei meminit, quod nervis valde utille. Id Selgitarum invenisse lasciviam tradunt, ut vires luxu & libidine deperditas restituerent, nervosq; debilitatos confirmarent. Syrus & Arabs exposuere pro μή κοίταις ασελγεῖσται.

μή ἔριδι καὶ ζῆλῳ] μετωνυμικῶς per ἔριν hic intelligit convicia, per ζῆλον, id est, iram, pugnas. Sic τὸν εἰς βάνατον αγορατες ζῆλον, dixit Clemens in Epistolâ ad Corinthios. Utrumque conseque soleret, tum violenti-
am, rūm scortationem.

Recte B. Glasius: Conjugit hoc versus Apostoli tria paria vitiorum, quæ totum orbem perturbant, & omnium vulgarissima sunt: videlicet luxum in cibo & potu, lasciviam cum suâ mollicie, & mentis superbiem cum suâ contentionem. &

emus-

100

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

æmulatione. Thomas de Aquino in h. l. dicit, Apostolum ponere ea, quæ pertinent ad corruptionem appetitus 1. concupiscentia, cuius corruptio est intemperantia (1) circa cibos: non in comedationibus; (2) circa potum, & ebrietatibus; (3) circa corporalem quietem, non in cubibus; (4) circa Venerea, & impudicitias. 2. Irascibilis, non in contentione & æmulatione.

v. 14. αλλ' ἐνδύομε τὸν Κυριον Ἰησοῦν Χριστὸν.

Ait Chrysostomus etiam suo tempore loquendi genus frequentans fuisse: οὐ δῆτα τὸν δῆτα ἐνδύομε, ad significandam intimam quendam conjunctionem. Sic χριστὸν ἐνδύομε Gal. III, 27. Sic & novus homo indui dicitur Eph. IV, 24. Coloss. III, 10. & misericordia Coloss. III, 12. Christum induere, est qualitates ejus imbibere. Sicut dicitur & homo indui ueste, & vestis ab homine, sic homo induit spiritum, & spiritus hominem. Jud. VI, 34.

καὶ τῆς σαρκὸς πρέγονται μὴ ποιεῖσθε εἰς Ιησούμας.

Carnis curam negerite: Et quia hoc generaliter dictum male poterat accipi, quasi nec valetudo curanda esset, addidit, ad cupidines, explendas scilicet, & indistinctè, ut Epicurus dixit: γε ἔχω οὐ τόνος τὸν αἰσθήσον, αἴ φασπων μὲν τὰς Διὰ χυλῶν ἡδονάς, αἴ φασπων τὸν διαφερόντων καὶ τὰς Διὰ μορφάς. Πρέγονται ποιεῖν, idem quod πρέγονται, supra XII, 17. 1. Tim. V, 8.

Conjunctionem quendam cum Christo notari admittimus: quæ verò sit perfidem, utpote quâ induimus Christum, Gal. III, 26. 27. h. e. apprehendimus Christi justitiam & obedientiam, eandemque nobis applicamus; ut uestis assumi & applicari solet, de quâ ueste justitiae Es. LXI, 10. quæ etiam uestis nuptialis est, quæ in hospitibus dignis requiritur Matth. XXII, 11. uestis illa, quâ nuditatem nostram spiritualem, vel τὴν αἰσχύνην τῆς γυναικὸν nostræ, unicè regere possumus, Apoc. III, 18. c. XVI, 15. quâ ipse nos circumdat, uestit & ornat Es. LXI, 10. Job. III, 29. quamque ab ipso accipere oportet Apoc. III, 18. Alia verò est induitio novi hominis, alia induitio

D

Christi

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Christi: hec sit in regeneratione, & per fidem: illa sit in renovatione,
& per sanctificationem. Ad novi hominis inductionem pertinet induitio misericordiae, & aliarum virtutum, Col. III, 12. non autem ad inductionem Christi, quæ hic ab operum & armorum lucis inductione accuratè distinguitur: non enim hic aliqua Γαυτολογία, aut iam tām concianā similitudinis Apostolicæ explicatione iaaanis repetitio statuenda: sed juxta B. Mylium quidem argumenti potius, quā explicationis sensum hoc habet q.d. sic futurum ut Christo verē ipsos semel induitos fuisse in baptismo palam constet. Baptismus enim est, quo Christum induunt, qrotq; eo fruuntur Gal. III, 27. Bonorum operum studio non tām induitus quā indutus esse Christus ostenditur. Multa autem tūm dicuntur fieri cum incipiunt fieri manifestiora; vel, qvod convenientius videtur: qvum renatum ceu militem Christianum velit armatum spiritualibus armis, adversas hostes, qvum velit eum Οχημόνως τεθιπάτειν, ut in die lucis Evangelicæ par est, fugiendo ea, quæ noctis sunt, 1. Thess. V, 7. & tenebrarum operibus sese non involvendo; jam qvomodo & pugnare contra hostes, & Οχημόνως ambulare possumus, summatim duobus monitis complectitor: Si nempe primum Christum induerimus per fidem, quā vel imprimis ad pugnam & victoriam opus est, Eph. VI, 16. 1. Job. V, 1. & porrò ωργοιας τῆς σαρκὸς, providam curam carnis, quæ facile conspirat cum hostibus externis, Sarana & mundo, habeamus, ne in eis concupiscentias consentiamus, illisq; inescemur aut seducamur. Carnis ωργοιας ποιεῖσθ, vel curam eius gerere debemus, ne eis ὅπιθυμίας, in pravam concupiscentiam, uti prona est, ruat; adeoq; ve accurate & providè circumspicere, & curare debemus, qvod voce ωργοιας insinuatur, ne caro nos suis concupiscentiis decipiat, ac spiritui prævaleat, ut pote quæ semper concupiscit aduersus spiritum, Gal. V, 17. unde oportet ἀπέχεσθ τῶν σαρκιῶν ὅπιθυμῶν, ἀλλεσπατεύοντα καὶ τῆς ψυχῆς 1. Petr. II, 11. & τωδιαπτας περὶ εἰς Φώματος θανάτου, Rom. VIII, 13. Confundit autem Grotius corporis & valetudinis curam, quæ hic non attenditur, neque inductioni Christi connexa, vel homogenea est, & ad Scholam Medicam potius, quā Theologicam pertinet: & τὴς τῆς σαρκὸς ωργοιας, quæ de carnis provido regimine, & circumspetâ gubernat-

AD EPIST. AD ROM. CAP. XIII.

bernatione, ne maleficiæ carni assentiamur, sed eandem compescamus & debemus, ac subjugemus, & crucifigamus cum omnibus concupiscentiis, Gal. V, 24. intelligenda. Nonnulli eodem sensu οὐκοῦς ὡργοῖς dicunt illud esse, quod caro provideret & svadet; adeoque prohibens ne faciamus carnis curam, vel id quod svadet caro, ad concupiscentias pravas perpetrandas. B. Lutherus sectatus est Theophylacti sensum: qui ita habet: *Nihil sane quod minus carni providendum sit, impedit, sed illi ne ad voluptatem & luxum indulgeatur, injungit; perinde ac si dicat, carnis duntaxat ad sanitatem, non ad continentiam habenda est ratio.* Nec enim dici providentia posset, quæ carni flammam & incendium excitaret, & ignis caminum & gebennam illi succenderet. Similiter Philippus, D. Georgius Major, Beza, Dav. Pareus, Cornel. à Lap. Estius, B. Mylius, B. Hunnius. B. Batduinus, Carnis, inquit, curam ne feceritis in desideriis. Non prohibet omnem carnis curam, sed eam saltem, quæ fit in desideriis, hoc est, excessum vitari vult, ne pravi affectus naturæ nostre adhaerentes, nobis irritamenta fiant ad lasciviam, quâ extinguitur omnis fervor pietatis, omne studium honestatis. B. Er. Schmiedius, alias, inquit, licet τὸν οὐκοῦν ὡργοῖς ποιεῖθεν modò ne id fiat eiς θηριουία. Sed vox οὐκοῦν carnem potius, quam corpus designare solet, & convenientior est illa significatio, quâ cum inductione Christi per fidem coniungitur cupiditatem pravarum coercitio: in quo consentientem habemus Flacium in Glōsâ: Glasium, l.c. Grotius hic Socinianis interpretibus consonat, è quibus Crello in h.l. Christum induere est eandem vitæ rationem ampliabit, quam Christus tūm præcepit tūm vitæ exemplo docuit: Carnis autem curā non gerendam esse ad cupiditates ab Apostolo ita juberi cenit, ne hujusmodi corporis cura suscipiatur, eis, tantum indulgeatur, ut luxuriet, & in variis cupiditatibus ex crescatur, atq; ad eas exemplas se accingat. Schlichtingius à Bukoviz de priori membro: indui, inquit, dicitur persona alicuius, cum is imitatione quādam & assimilatione exprimitur. Sic igitur & nos personam Domini IESU

Chri.



Z.
2.
ANNOT. ANTI-GROT. AD EPIST. AD ROM. c. XIII.

Christi iuduere debemus, ut ejus sanctissimos mores in omnibus imitemur,
& exprimamus. Sed ubi in sacris Christi induitio ita accipiatur,
ut ejus imitatio designetur, non invenire licet: neque uspiam oc-
currit phrasis illa induere personam Christi, aut hic per Christum
intelliguntur ejus virtutes, ac mores. De posteriori sic habet
Schlichtingius: Curanda quidem est caro, cum sit animi habitaculum,
& instrumentum, ac pars nostri, regi ego cuiquam curationi carnis inter-
dico, sed hoc volo, ne carnis curam geratis ad cupiditates. Sed non præ-
scribere hic curam sanitatis, aut necessitatis corporalis voluit A-
postolus; neque gemina est Apostoli sententia; hoc est; non ju-
bet & carnis curam gerere, vele ea quæ corpori necessaria ad sustentationem
sunt curare; quod licet, & ad hanc vitam necessarium
esse, nemini dubium erat: & carnis cupiditatibus non indulgere: quod
ab illo prorsus diversum est. Sed unica est sententia simplex: ne
providam curam carnis, id est, pravae carnalis concupiscentiae geramus,
ad explendas ejus libidines. Vox οὐρανὸς in eodem colo semel po-
sita non potest geminam habere significationem, adeoque &
synecdochice corpus simul notare, partem sc. hominis essentialiem,
& metaphorice carnalem concupiscentiam, ut illud quidem curan-
dum sit, hujus verò ωρία non sit habenda: neque carnali con-
cupiscentia tantum corporis est, sed imprimis animæ, quæ ejus est
τελείωσις σκληρός. Denique si vox οὐρανὸς pro corpore humano accipe-
retur, ut cura ejus præcepta, libidines verò vel concupiscentias
prohibitas simul sint, non purè negativum adhibuisset manda-
tum Apostolus, carnis providentiam ne geratis, ad libidines: ut tace-
am quod de vitandis corporeis libidinibus jam anteā monnerit,
ne sc. comessationibus, nec ebrietati indulgeant, nec Vacunæ tantum
litent, & somno, non in cubilibus, nec Veneri se fere mancipent, non in
impudicitia. Post tam prolixam à corporeis libidinibus, luxu, mol-
litie, ac lasciviam dehortationem καὶ μερισμὸν & per partes institu-
tam, quid attinebat nunc addere monitum, ne curam corporis
ad libidinem gerant?




00 A 6436

ULB Halle
004 931 300

3



KD 18



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



POSTOLICÆ
Epistolæ Cap.XIII.
CHRISTI MAGI
PROXIMUM,
ETIPSOS,
ANTI-GROTIANIS,
SIDE
RO
nifico atq; Excellentissim
IO CALOVIO,
ario, Eccl. VVitteb. Pastore
tendente Generali vigilantissimō,
Adsestori Gravissimo,
nō semper colendo opere ac suspiciendō,
NDENS
Brocfmåyer/ Torgens.
si Pastor Substitutus,
qvisitioni,
br. A.O.R. d. loc LXXII.
e, exhibebit.
BERGÆ,
ELIS MEYERI,